Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

modo haberet ad propulsanda pericula suppetens robur: nec ullius alte
rius auxilio indigere & que societas esset: que reuerentia inter se: qs
ordo: que ratio: que humanitas: Aut quid esset terrius homine?
Quid efferatius? Quid immanius? Sed quoniam imbecillis est: nec
potest per se sine homine uiuere: societatem appetit: ut uitam cois &
ordinatior fiat & tutior. Videsne igitur omnē hominis rationem in eo max
ime uel stare q̄ nudus fragilisq̄ nascatur: q̄ morbis afficitur: q̄ immatura
morte multatur: que si homini detrahantur rationem quoq̄ ac sa
pientiam detrahi nēcesse est: Sed minus diu de rebus aptissimis disputo
cum sit liquidum nihil sine prouidentia factum esse unq̄ nec fieri potu
isse: de cuius opibus uirtutis si nunc libeat disputare p ordinē infinita
materia est. Sed ego de corpore tantum hominis instituo dicere ut in
eo diuine prouidentie partem q̄ta fuit ostendam his dūtaxat in rebus
comprehensibiles & apte: Nam illa que sunt animi: nec subiici oculis: nec
comprehendi queunt. Nunc de ipso uase hominis loquimur:

IN principio cum deus fingeret animalia uoluit enim rotundam
formare speciem conglobari atq̄ colligere: ut ea motui ad am
bulandum: & flectere se in quālibet partem facile possent: sed ex
ipsa corporis summa produxit caput: item produxit membra q̄dam lō
gius: que uocantur pedes: ut alterius motibus solo fixa producerent
animal quo mens tulisset: aut quo petendi cibi necessitas prouocasset & ex
ipso autē uasculo corporis quatuor fecit exercitatiua bina posterius: q̄
sunt in omnibus pedes: item bina capiti & collo proxima: q̄ uarios am
bitibus usus prebent. In pecudibus u. ac feris sunt posterioribus si
miles pedes. In homine autē manus: que non ad ambulandum sed ad
faciendum tuendumq̄ sunt nate. Est & tertiū genus in quo priora il
la neq̄ pedes neq̄ manus sunt sed ale: in quibus penne per ordinē fixe
volandi exhibent usum: sed una fictio diuisas spes & usus habet. Atq̄
ut ipsam corporis constitutionem firmiū comprehendēt maioribus & ru
bustis ossibus mucronē colligatis q̄ carnā compegit quam nos spinam
dicimus. Eamq̄ noluit ex uno p̄ceriorē ossē formare ne gradiendi flec
tendiq̄ se animal facultatem non haberet. Ex ipsa parte quasi media cos
tas. i. transuersa & plena ossa posuit in diuisum: quibus clementer
curuatis & in secutis in circulum pene conductis interna uiscera con
tegantur: ut ea: que molliora & minus valida fieri opus erat. ulnis solide
crātis amplexu possent esse munita. In summo uero constructionis eius:
quā silēn nauali carine diximus: caput collocauit in quo esset regime